SVPERBIA DEPRESSA

In Fornace Babilonica.


PER PHILIPPVM CAPISTRELLIVM ROMANVM.

Ex ipso Sacro Fonte Rhythmico Metro deducta,

ET AB ANTONIO FOGGIA ROMANO Harmonicis Modulis expressa,

Ac in Oratorio Archiconfraternitatis Sanctissimi Crucifixi Feria sexta post Dominicam Passionis Anno Domini M.DC. LXXXVII. Solemniter decantata.

In idem Argumentum concionante R.mo P.D.Innocentio de Calistis Abb. Monasterij S. Laurentij extra Mœnia Vrbis Canonicorum Regularium SS. Saluatoris.



ROMAE,

Ex Typographia Marci Antonij, & Horatij Campanæ. M. DC. LXXXVII.

SVPERIORVM PERMISSV.

PERSONAE.

Tres Pueri Hebrei.
(Ananias, qui & Sidrach Legatus Regius.
(Misael, qui & Misach Mensor Terræ.
(Azarias, qui & Abdenago Cubicularius Regius.

2. Viri Hebrei in seruitute Babilonis.
Chorus Hebreorum.
Nabuchodonosor Rex Iunior Magnus.
Arioch Princeps Militiæ.
Preco.
2. Viri Caldei.
Chorus Chaldeorum.

ARGOMENTO.

Nabucco il Giouine , detto il Grande , per hauer soggiogato tutta l' Asia, la maggior parte dell' Affrica , e l' Egitto &c. nell' Anno secondo della sua Monarchia , desiderando sapere da' suoi Maghi , & Indouini l' interpretatione del da lui Sognato Quadrimateriale Colosso , nè potendosi da' Caldei giongere à questa cognitione , sdegnato , condanna alla Morte tutti li Sauij di Babilonia. Era frà questi assieme con Anania , Misaele , & Azaria , Daniele , tutti di progenie Reggia d' Hebrei , dati in Ostaggio dà Gioacchino Rè della Giudea , che l' Anno terzo del suo Reame fatto da Nabucco schiauo nella rotta di Gierosolima fù alla medesima restituito con farlo suo Tributario . Penetrando dunque Daniele da Arioc Prencipe della Militia la cagione della crudel sentenza si esibisce prontissimo , riparare alla violenza della decretata Morte con sodisfare al desiderio del Monarca , alla presenza del quale viene introdotto : e li manifesta la spiegatione del Sogno à lui da Dio riuelato ; reso pago Nabucco della sapienza di Daniele , corre per adorarlo , mà questi ricusando con innata humiltà ciò , che è douuto solamente à Dio , al medesimo attribuisce la sua virtù , con tutto questo il Rè non manca di premiarlo , & eleggerlo Prencipe delle Prouincie di Babilonia , mà ancora in suo riguardo di costituire li trè suoi Compagni in Cariche riguardeuoli. Stanno in tanto li Hebrei in schiauitudine esalando trà feruorosi sospiri Preghiere à Dio per la loro liberatione , e della Tirannica Seruitù , e de' continui opprobrij , e derisioni de' Caldei ; all' hora appunto che Nabucco gonfio d' Alterigia non solo per le ottenute Vittorie , mà tanto più superbo per la spiegatione del Sogno à lui da Daniele interpretato , cioè ch' Egli era il Capo delli Monarchi dell' Vniuerso , determina , che si fabbrichi vna Statua tutta di Oro , rappresentante la sua Persona , e questa sia d' Altezza sessanta , e di larghezza sei braccia , e che si erigga nel Campo Duran , con interuento di tutti li Magistrati , Prencipi , & Officiali della sua Monarchia , li quali al suono della Sinfonia debbano genuflettere , & adorare la Statua , con pena di esser brugiato nella Fornace à tal' effetto preparata. Chiunque hauesse trasgredito il Regio Commando . Accorrono tutti alla Dedicatione della Statua , e genuflessi l' adorano , eccetto li trè Fanciulli , li quali accusati da' Caldei sono condotti auanti al Rè , come Rei di lesa Maestà . Agitato dallo sdegno Nabucco per vedersi schernito da chi era da lui beneficato , commanda che si accenda sette volte più la Fornace , e che auuinti vi si gettino dentro per esca di quelle Fiamme . Li trè Fanciulli , con altro , e maggior coraggio di quello con cui haueuano risposto al Rè , pongono tutte le loro speranze nel Signore , che si come haueua seruati illesi li loro Progenitori dalli Golfi di vn Mare , così poteua liberarli dalle Voragini dell' Incendio ; Onde à pena gettati nel Foco , sciolti dall' Angelo li legami , e diuise le Fiamme , spasseggiano per mezzo della Fornace senza alcuna loro lesione , cantando à Dio le douute Lodi ; Questi vditi da Nabucco l' eccitano à segni di merauiglia , e lo costringono à publicare li Portenti del vero Dio , promouendo li trè Fanciulli à maggiori grandezze del suo Regno , e Questi manifestando al cieco Mondo , à chi sia douuta l' Adoratione , rendono l' humana Superbia depressa.

PARS PRIOR.

Ch. Heb. Vamdiu pane lacrimarum
Nos cibabis?
Quamdiu Nobis potum amarum
Deus dabis?
Suſtinemus diras gentes,
Quæ frementes
Sunt in furore ſuo:
Viſita Nos in ſalutari tuo.

Anan. Babilonis ſuper Flumina
In ploratu,
Vlulatu,
Nos captiui cruciamur
Noſtra corda, & noſtra lumina
Sunt in metu,
Sunt in fletu,
Cum tui Sion recordamur.

Miſael. Si culpis offenſa
Tua dextera immenſa
Contra nos plagis armatur
Tua Potentia,
Penitentia
Cordis humilis placatur

Ch. Heb. Queſo Domine,
In tuo Nomine,
Tuum ſit noſtra tueri:
Parcere cui proprium eſt, & miſereri.

1. Vir. Chald. Cantiones ſuauiſſimas
Nobis dulciter cantate

Veſtra

Veſtras Tybias dulciſſimas
Gratis modulis pulſate
Leto animo, & voce ſerena.

Ch. Heb. Quomodo cantabimus?
Meſti plorabimus
In Terra aliena.

2. Vir Chald. Surge Iſrael conſolare
Iugum graue,
Patiendo,
Suſtinendo
Fit ſuaue:
Filia Sion gaude letare.
Pulſis meroribus
Parce clamoribus,
Et hilarem te monſtra.

Ch. Heb. Suſpendimus Organa noſtra.

1. Vir Chald. Precinite.
Concinite
Cytharas tangite
Carmina pangite
Et Veſtrum reſonet lætiſſimus tonus.

Ch. Heb. Verſus eſt in luctum Cytharæ ſonus.

2. Vir Heb. Ne addatis curas afflictis
Nam pugnantium,
Triumphantium
Duplex Victoria eſt ignoſcere victis.

Ch. Chald. Rex in eternum viue;
Tuam gloriam exaltantes
Adſunt vndique clamantes
Noſtræ voces feſtiuæ

 Viue

Viue Regnator,
Regna Triumphator. Rex &c.

Arioch. Euanuere Martis nubila;
Fauſta dies, lux iucunda,
Regno, & Orbi letabunda
Per Te hodie facta eſt,
Inter tot clamorum iubila,
Bellica ſileant Tympana,
Plauſus perſonent Claſſica,
Dum extincta eſt Belli fax,
Et optata,
Cunctis grata
Si per Te nunc regnat Pax,
Salue Numen, Salue Diue.

Ch. Chald. Rex in eternum viue.

Nab. Cogitaui in mente mea,
Quod Nemo, qui præclarum tollit ſe
Stet in Orbe Maior me,
Nam vbique Trophea
Oſtendunt meam potentiam,
Et meam implorant Populi Clementiam.
Orbem ferro circuiui,
Et Ponentes,
Cunctas Gentes
Mea virtute ſuperaui:
Colla elata ego contriui,
Et glorioſum,
Specioſum,
Dum in Solio triumphaui
Extulere Vrbes captiuæ.

Ch.

Ch. Chald. Rex in eternum viue.
Nab. Statua aurea conficiatur,
Cuius ſexaginta altitudo,
Et cubitorum ſex ſit latitudo,
Et hæc in Campo Duran erigatur.
Ad eius Dedicationem
Per omnem Regionem
Duces, & Satrapæ
Magiſtratus, & Principes
Tyramni, & Præfecti conuocentur,
Et Optimates omnes congregentur.
Illa die,
Symphoniæ
Adſint Cytharę, Fiſtulę, Tubę,
Tunc letetur,
Nec turbetur
Vllum cor triſtitiæ nube.
Sequatur canentium Chorum
Omne genus Muſicorum.
Ch. Chald. Curramus, eamus,
Feſtinemus, properemus,
Statuam auream ad Altare
Prompti ſumus adorare.
Iube Rex, & Nos ſeruiemus.
Curramus &c.
Nab. Quicumque adorare recuſabit
In ſinu meo rigores,
Et flammas in fornace ſuſcitabit,
Vt ergo dent honores,
Per omnes Nationes

Decre-

Decreta mea publicent Præcones.
Ecce magnus ſum effectus,
Et præceſſi Reges fortes,
Super omnes ego electus,
Quod Deos habeam conſortes.
Si Solis meum eſt lumen,
Adoretur ab omnibus vt Numen.
Præco. Vobis dicitur Populis,
Linguæ, Tribus attendite,
Percipite, audite,
Et mandata Regis coſtodite.
Symphoniæ ad primum ſonum
Omne genu cadat pronum,
Et honoret,
Et adoret
Auream Regis Statuam.
Si quis renuet, erunt pænæ
Non ſupplicia, non Lanienæ,
Sed tortores,
Sed furores
Contra mentem fatuam.
Intelligite hæc
Aut Statuam colendum,
Aut in flammis moriendum vobis eſt.
Ananias. Impiam audiſtis Socij
Nabuchodonoſor Legem;
At nos conſtanti pectore
Regum ſequamur Regem.
Quis vt Deus!
Cadat Reus.

Qui

Qui gloriatur impijs verbis
Surge Deus age vltionem,
Et retributionem
Redde superbis.
Hæreditatem tuam vexauerunt,
Et Templum Sanctum tuum polluerunt.
Contra nos veniunt aduersa
Propter scelera,
Quæ iam gessit cor pollutum
Nostra vota sunt conuersa,
Vt nos liberes,
Ad te Domine virtutum.
Propter Leges paternas
Persistite fortes
Fideles Atletæ.
Mis. et Az. à 2. Dum palmas dant eternas
Nobis ~~strages, & mortes~~
Erunt caræ, & erunt letæ.
Az. Non fames, vel nuditas
Angustia, periculum
A Deo separabit:
Mis. Non ignem non gladium,
Non iram, non impetum
Cor nostrum formidabit.
à 3. In Amore persistemus
Vt costantes pro Domino pugnemus.
Ch. Heb. Sic magnus Deus noster
Ab Impio cognoscatur
Et Superbia, confundatur, disperdatur.
Finis Primæ Partis.

PARS ALTERA

Simphonia Dedicationis.

Ch. Chald. ANte Statuam procidamns,
Et in ea Regem noſtrum recolamus.
3. Pueri. Silete, tacete,
Inſani, prophani
Alienamini ab eo:
Munera quæ ſunt Dei reddite Deo.
Impius exaltatus
Vt Cedrus eleuatus
Eſt fulgur qui clareſcit,
Sed eius ſplendor breuis
Fugiens vt aura leuis
In tranſitu euaneſcit;
Velociter adibit,
Et eius memoria cũ ſonitu peribit.
Ch. Chald. Reſonantibus Organis,
Plaudentibus Cymbalis
Exultemus, colletemur,
Et Simulacrum Regis veneremur.
3. Pueri. Deſiſtite infeſti
Recedite ſceleſti
Quid gloriamini in eo:
Non eſt Regnum, nec poteſtas niſi à Deo:
Miſael. Sunt ſimulacra Gentium
Opera manuum hominum,
Vos in carmine canentium
Magnificate Dominum.

Accedite illuminamini,
Et ſub poteſtate eius humiliamini.

1. Vir Chald. Serui tui Zelo zelati
Ad te veniunt, audi ò Rex,
Non ſunt Dij, non eſt Lex
Niſi Pueri Iudei
Maieſtatis leſæ rei
In Fornace ſint cremati.

2. Vir Chald. Tui dilecti preelecti
Non honorant, nec adorant
Simulacrum, quod feciſti:
Sed derident, & irrident
Pertinaces, & procaces
Tua Decreta, quæ iuſſiſti.

à 2. Totum Regnum ſtupeſcit,
Et intus noſtrum Cor fremens tabeſcit.

Nab. Improbi ante me nunc adducantur,
Et in conſpectu Gentium
De numero Viuentium deleantur.
Sicut ignis inter ſpinas
Exardeſcit furor meus:
A mea dextera Iudeus
Sit proiectus in ruinas.

Arioch En miſeri in pallore
Sunt in conſpectu tuo pleni tremore.
Cordis inter errores
Fallitur cęca Mens:
Quid renuit ingrata,
Si Regia mandata
Fidelis ſeruat Gens.

Cordis &c. *Nab.*

Nab. Vere Deos meos non colitis?
Et Statuam illudentes,
Et mea iussa ſpernentes
Veſtrum Numen recolitis?
Et non timetis,
Sed irridetis
Mei pectoris furores
3. Pueri. Nos Deo ſoli,
Qui eſt Rector Poli
Damus laudes, & honores.
Nab. Veſtra corpora ignibus tradentur.
3. Pueri. Soli Deorum Deo cultus debentur.
Nab. Mens ſuperba
Morte acerba
Inter ignes deuorabitur.
Miſael. Noſtra vita,
Infinita
Velut Phenix renouabitur.
Nab. In cineres
Cadetis, & cedetis
Iam inſtant dies fatales:
3. Pueri. Nos ſplendidi
Vincemus, & ſurgemus
Ad palmas immortales
Nab. Viliſſimi, nequiſſimi
Hos mihi redditis
Gratiarum fructus?
Deterrimi, miſerrimi
Hos auſus hilares
Obruet luctus.

Septuplum ergo fornax accendatur,
Et Iudeorum error extinguatur.

Anan. Damna nos impie Regnator
Ad voragines profundas,
Super estus fluet Ros,
Et Tu Deus miserator
Inter flammas ne confundas,
Sed vt aurum proba Nos.

Nab. Ite Serui festinate,
Et impetus ardentes preparate.

Ch. Chald. Nostro Regi obediamus;
Et perfidos ingratos,
Impios ostinatos
In Fornacem immittamus.

Nab. Cordis vapor sic ruat extinctus
Infelices ab igne vorace,
Et cōsocijs det Cętus deuinctus
Hoc exēplum ab atra Fornace.
Ob crimina patrata
Est pietas in rigorem immutata.

Anan. Nostra oblatio in tuo conspectu
A Te Deus suscipiatur:
Nos incendia non veremur,
Vt, virtutem dum fatemur,
Regis robur conteratur.

Mis. Aurę gratę sunt ignis ardores,
Quibus manāt delicię, non mors;
Suaues catenæ,
Suauissime penæ,

Per

Per quas Nobis exoritur Sors
Aurę gratę &c.

Az. Quia mens noſtra Dei eſt amans,
Cedit ignis tanto ardori:
Penas omnes flamma gerat,
Omnia ſuffert, omnia ſperat
Nulli ſubdita timori. Quia &c

Anan. Ecce diſrupta viricula.
Miſ. En iam diuiſa incendia.
AZ. Grati hic reſpirant Venti.
Anan. Quia in brachio potenti,
Qui illeſum duxit Iſrael in ſinu Aquarum
Hodie eripit nos de medio flammarum.

à 3. Omnia ergo Domini opera
Domino benedicite,
Et laudem, & gloriam illi dicite.

Anan. Aquæ ſuper Ethera,
Sol, Luna, & Sidera,
Nox, Dies, Lux, Tenebræ
Domino benedicite.

Miſ. Fontes, Maria, Flumina,
Montes, Colles, Arida,
Cuncta germinantia
Domino benedicite.

Az. Cetæ, Ferę, Volucres,
Homines, & Angeli,
Iuſti, & corde humiles
Domino benedicite.

à 3. Et Laudem, & Gloriàm illi dicite.
Et nos cantemus, Deum laudemus,

Et

Et Cęli Conditorem
Noſtrum liberatorem
Super omnia exaltemus.

Nab. O Numina immortalia!
Quis vidit vnquam? Quis audiuit talia?
Inter flammas, quaſi rores
Ludentes, ridentes
Hi pueri ſtant.
Non opprobria, ſed honores
Non plantus, ſed cantus
Suo Numini dant.
Et leti derident Decreta fatalia.
Quis vidit &c.
Venite, & egredimini,
Et mirabilia Magni Dei loquimini.
Mihi iuſtum, & decorum
Eſt ſigna ſua narrare,
Quia in Agmine Deorum
Non eſt alius, qui poſſit ita ſaluare.

Anan. Altiſſime!
Omnipotens Tu es:
Debiles confortaſti,
Humiles exaltaſti,
Vt Tu nobis Opem des.
Altiſſime &c.
Elatum minuiſti,
Superbum diſperſiſti,
Noſtra ſalus firmã ſpes
Altiſſime &c.

F I N I S.